Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30288
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

poterat decipere animas. in se uideri simulare/ et legem docere ostendere. Nero dixit Simon ut uideo zelo duceris/ ideo istos sequeris. Est enim ut uideo zelus magnus tuus te et apostolorum eorum/ et uereor ne ab eis communicans et magus malus consuprus eius uidearis. Symon dixit Seduceris impr. Nero dixit. Quid est seducere? Hoc quod unum uideo hoc dico/ euidenter aduersarium esse te Petri et Paulli et magistri eorum. Symon dixit. Paulli magister apostolorum non fuit. Paulus dixit. Qui Petrum docuit/ ipse me per reuelationem docuit. Iam quod nos accusas circumcisos/ dic tu ipse quare circumcisus es? Symon dixit. Quare me hoc interrogas? Paulus dixit. Est ratio ut te interrogem. Nero dixit. Cur uereris responderi illis? Symon dixit. Ideo quia praecepta est circumcisio illo tempore quo ego eam suscepi. Paulus dixit. Audis bone impr. quod dixerit Symon? Si quid bona est circumcisio. quare tu circumcisum tradidisti. et coegisti eum occidi? Nero dixit. Si; nec de uobis bene sentio. Petrus et Paulus dixerit. An tu de nobis sentis bene et male ad te non pertinet/ nobis enim necesse erit ut quod permisit magister nostri fiat. Nero dixit. Quid si ego noluero? Petrus dixit. Non quod tu uolueris/ sed quod nobis ille pollicitus est. Symon dixit. Bone impr. hi homines circumuenerit clementiam tuam et obligauerit te. Nero dixit. Si; nec tu ad huc me de te confirmasti. Symon dixit. Tantis rebus bonis et signis amet demonstrans/ miror quod adhuc dubitare uideris. Nero dixit. Ego neque dubito neque cuiquam unum consentio/ sed magis quod interrogo responde mihi. Symon dixit. Hi chi et iam respondebo. Nero dixit. Ideo hoc dicis quia mentiris. Symon dixit. Et si minor/ tu michi poteris non facere: Nero dixit. Et si ego michi et possum facere. deus quia potens est facere. Symon dixit. Iam ubi responsurus non fui. Nero dixit. Si; nec ego te computo ad aliquid/ ut enim sentio fallax es in omnibus. Si; quid plura? Tota res in constabilitum animum uirum ostendisti/ et me ita dubium in omnibus fecisti. ut non in uenia cui credere possim. Petrus dixit. Symum est dominum patrem in apostolo saluatorem cum spiritu sancto creatorem omnium rerum predicat/ qui fecit celum et terram mare et omnia quae in eis sunt. qui uerus est rex et regni eius non erit finis. Nero dixit. Quis est rex dominus?

Paulus dixit. Saluator omnium gentium. Symon dixit. Ego filium quem dicis. Et scias Petre et Paule/ nunquam nobis conuenit quod cuiquam ut martyro uos dignet. Petrus et Paulus dixerit. Numquid bene et sit Symon magus et amaritudinis plene. Symon dixit. Audi Cesar nero/ ut scias istos falsos esse. et me de celis missum. crastina die ad celos uadam. ut eos qui in credunt beatos faciam. istos autem qui ausi sunt me negare nam meam ostendam. Petrus et Paulus dixerunt. Nos olim uocauit dominus ad gloriam suam/ tu autem a diabolo iam uocatus es et ad tormenta festinas. Symon dixit. Cesar nero audi me. Istos insanos ate separa/ ut du uenero ad patrem meum in celis. possim et eis apparere. Nero dixit. Et unde hoc probamus quia in celum uadis? Symon dixit. Iube turrim excelsam fieri et lignis et tabulis magnis/ ut ascendam in illam. et cum in eam ascendero. angeli mei in aere uenient ut tollant me. Non enim in terram inter peccatores ad me uenire possunt. Nero dixit. Volo uidere si imples quod dicis. Tunc nero precepit in campo martio turrim excelsam fieri/ et precepit ut omnes populi et omnes dignitates ad istud spectaculum conuenirent. diem unum omnem conuenire iussit nero Paulum et Petrum ad hoc spectaculum presentari. Quibus sic ait. Nunc habet uentas apparere. Petrus et Paulus dixerit. Non eum nos deregimus/ sed dominus ihesus christus filius dei quem hic se ipsum esse mentitus est. Et uersus Paulus ad Petrum dixit. Ueni et positus genibus dum eum orare. tuum est imparare/ si quid uiderit eum comitari quod tu prior electus es a domino. Et positus genibus orabat Paulus. Petrus autem iuxta ad symonem dixit. Incipe quod dixisti/ appropinquauit enim tua detectio et mea uocatio. Video enim apostolum me uocantem et Paulum. Nero dixit. Et quo uiuri estis contra meam uoluntatem? Petrus dixit. Quo nos accersierit dominus nostri. Nero dixit. Quis est dominus nostri? Petrus dixit. Dominus ihesus christus quem ego uideo uocantem nos. Nero dixit. Ergo et uos in celum uiuri estis? Petrus dixit. Quo ipsi placuerit qui uocat nos. Symon dixit. Vt scias uiuos istos fallaces esse. iuxta ut in celum ascendero mittam ad te angelos meos et faciam te ad me uenire. Nero dixit. Fac quod dicis. Tunc ascendit symon in turrim coram omnibus et extensis manibus coronatus lauro cepit uolare. He